

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Contemptus a  
cum fontibus proximo et primis

Sedulo monendi sunt scolastici  
ut humilitate induti Christiana discant  
non contempnere quos cognouerunt morum uicia  
quam uerborum amplius deuitare

quia licet per ignoranciam grammaticae artis  
aliquid uiciosum proferant presbyteri uel episcopi,  
non tamen ideo a scolasticis sunt despiciendi  
sed cordi casto,  
scilicet prelatorum  
linguam exercitatum  
scolastici  
preferre non audeant  
quam eciam preferre consueuerant.  
Morum enim uicia magis quam uerborum sunt precauenda.

Augustinus in libro de catechizandis rudibus et est XXXVIII.  
distinctione.

*Unde Augustinus in libro de catechizandis rudibus, [c.9.]:  
C.XII. Non contempnant scolastici ecclesiasticam  
simplicitatem.*

Sedulo monendi sunt scolastici,  
ut humilitate induti Christiana, discant  
non contempnere quos cognouerint morum uitia  
quam uerborum amplius deuitare,

sed cordi casto

linguam exercitatum

nec conferre audeant,  
quam etiam preferre consueuerant.

Gratianus, *Decretum*, 38.12 (*Corpus iuris canonici* 1,  
A. Friedberg ed., col.143).

His ergo qui loquendi arte ceteris hominibus excellere  
uidentur, cum ueniunt, ut Christiani fiant,  
hoc amplius quam illis illitteratis impertire debemus, quod  
sedulo monendi sunt,  
ut humilitate induti christiana discant  
non contempnere, quos cognouerint morum uitia  
quam uerborum amplius deuitare,  
et cordi casto  
linguam exercitatum  
nec conferre audeant  
quam etiam praeferre consueuerant.

Augustinus Hipponensis, *De catechizandis rudibus*, 9.13.2  
(CCSL 46, R. Vander Plaetse ed., p.135, ll.4-11).

Gratian.  
*Sed licet per ignorantiam grammaticae artis*  
*aliquid uitiosum proferant episcopi uel presbyteri,*  
*non tamen ideo a scolasticis sunt despiciendi,*  
*quia*

*morum uitia magis quam uerborum sunt precauenda.*

Gratianus, *Decretum*, 38.11 (*Corpus iuris canonici* 1,  
A. Friedberg ed., col.143).